Quelle: https://manuscripta.at/?ID=59
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

homo homo sit. de duab istis
syllabis an de re ipsa quam significant me interrogauerit. Aug.
Tu potius respondere debes quam partem
acceperis interrogationem meam. nam
si est ambigua. pus hoc cauere de
buisti. neque mihi respondere. ante
quam certus fieres quam modo interro
gauerim. Ad. Quid enim me inpe
dirent hec ambiguitas. cum ego ad
utrumque responderim. Homo enim
prorsus homo est. nam & iste syllaba
nichil aliud sed quam iste dicit syl
labe. et id quod significat nichil
aliud est quam id quod est. Aug. Scis
te hoc quidem. sed cur hoc solum
quod dictum est homo non etiam cetera que
locuta sum ad utrumque accepisti.
Ad. Vnde enim conuincor. quod &
cetera non sic acceperim. Aug. Vt
alia omittam etiam primam ipsam roga
tionem meam. si totam ex ea parte
accepisses qua syllabe sonant.
si nichil mihi respondisses. posset
enim ubi uideri etiam nichil interro
gasse. nunc autem cum tria uba sonu
erim. quorum unum in medio repe
tui dicens. utrum homo homo sit.
primum & ultimum ubum non secun
dum ipsa signa. sed secundum ea quibus signi
ficantur te accepisse ut hoc solum
manifestum esset. quod statim certus ac
fidens rogationi respondendum
putasti. Ad. Verum dicis. Aug.
Cur igitur id tantum quod in medio posi
tum est. & secundum id quod sonat. &
secundum id quod significat. te acci
pere libuit. Ad. Ecce iam totum
ex ea tantum parte qua significant
accipio. Assentio enim ubi sermo
cinatio nos omino non posse. nisi audi
tus ubis ad ea ferat animum. quorum
ista sunt signa. Quare ostende nec
quomodo ista ratiocinatione decep
tus sim. qua me hominem non esse
concludit. Aug. Immo eadem
rursus interrogabo. ut ipse inue
nias ubi lapsus sis. Ad. Bene facis.
Aug. Illud igitur quod primo quesiti. qua
iam dedisti non quesiti. Vide igitur dili
genter. utrum syllaba ho. nichil
aliud sit quam ho. & utrum mo. ni
chil aliud sit quam mo. Ad. Hic pr
sus nichil aliud uideo. Aug.
Vide etiam nunc istis duabus iunctis
homo fiat. Ad. Neque quam hoc
concesserim. Placuit enim & recte
placuit. signo dato id quod signi
ficant adtendere. et ex ea esse
ratione ut dare ut negare quod

duc